

A Itaq; fratrem Franciscum de Paula, qui postea Minimorum collegium instituit, ex media Calabria non sine magnis molestiis & impensis accivit. Claud. Sisselinus in Hist. Lnd. X. II. Regibus.

Apud Persas Rex, in principio dominatus, quodcumque optaret, à populo donum ferebat. Alex. lib. 4. c. 23.

Amicis. Vide locum Amicitia Officia. Hostibus.

Priscorum superstitio creditur, observanda vel maxime munera, à quibus, quo animo mitterentur: propterea quod quæ darentur ab iis, qui nobis malè cuperent, exitio plerumque fuisse constaret: ita ut fuit pyxis illa fallax, per Pandoram à Jove Prometheo missa: quemadmodum fuit & vestis, qua Medea novam nuptam Jalonis donavit: rursus vestis illa, quam Dejanira misit Herculi Iliados n. Narrantur Hector & Ajax, in ira amicitia, dona inter sese permutasse, atque Hectorem Ajaci donasse gladium, Ajacem Hectori dedisse baltheum: deinde pariter ambobus suum munus exitio fuisse. Siquidem Ajax victus ab Ulyssè, cognovitque iis, quæ per infantiam tum dixerat, ut fecerat, eodem gladio sibi necem conficit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab Achille iuxta muros Trojanos. Apud Sophoclem Ajax magni gophorus, posteaquam mori decrevisset, execratur eum gladium, quem quondam ab inimicissimo dono acceperat, eumque sibi fuisse inauspicatissimum ait, neque quicquam omnino postea feliciter apud Argivos successisse. De quibus extat tale epigramma:

Εκταρ Κίαντι εἶσοθ' ὄπισθεν, Ἐκτορ δ' Ἄϊας
Λατῆρ' ἀποδοῦναι ἵ γὰρος εἰς δακτύλῳ.
Ajaci datus ensis ab Hectore, baltheus Ajace
Hectori, utriusque donum erat exitio.
Item epigramma:
Ὀδυσσεύς ἐξ ἔχθρας ἀντιόχου πρίμου δῶρα,
Ἐν γὰρ ἐπὶ ἁποδοῦναι ποῦρα ἔχοντα μῦθον.
Atque ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,
Quæ studii specie fata necemque ferunt.
Servius ostendit, eodem Virgilium alluisse Aeneid. 4. ensemque recludit.

Dardanium, non hos quæstium munus in usus.
C Gladium intelligens ab Aenea relictum, quo Dido sese confodit. Erasim. in Prov. ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα.

Porfenna Rex Hetrurcorum diledens ab Janiculo, ex ferendis lege, caltra operantia, conveyto ex propinquis ac ferendis Hetruræ artis commeatu, Romanis dono dedit, inopitum urbe ab longinqua obfisione. Ea deinde ne populo immisio diriperetur, hostiliter venisse, bonaque Porfennæ appellata: gratiam muneris magis significante titulo, quam auctorem fortunæ regie. Erasim. in Aaguis.

Damnatio. Egyptiis fuit in more, ut hi, de quibus fumendum erat supplicium cervicis fune innexas tenerent, & frenata ora pridieque quam darentur neci, munuscula & cenam ex Regis mensa acciperent. Alex. lib. 3. cap. 5.

Cæsarum temporibus Romæ, quos morte afficere volebant illis exquisita obfonia & partem cœnæ mittebant. Si verò indicta causa supplicium foret, tradito libello, supplicium, cædemque demandabat. Alex. lib. 3. c. 5.

QUOMODO AFFECTIS DARE. Perentibus, Expectantibus.

D Hoc propriè Gratificari est, gratiam facere, & hoc ipso beneficio ad gratiam muniam alterum obligare. Non petentibus, Non Expectantibus.

Telegoras vel Telectagoras, apud Naxios prædives quippiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa à Naxiis mitterentur, vulgato sermone receptum est, ut venditores parvo licentibus dicerent, μάλλον ὀφείλουσι τὸν Telegorῆν ἴσθαι, id est, Malim Telegora dare. Athen. lib. Dipsos. οὐλαῶ, ex Arist.

Adrian. Imperator. balneo veteranum quempiam, servuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, eum & servulus aliquot & sumptibus donavit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, cœperunt & ipsi complures sub oculis Imperatoris sese marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille evocatis senibus, iussit, ut aliusalium vicissim fidericet, atque ita pueris nihil opus fore. Is jocus postea in vulgi fabulam cessit. Spartian.

Nolentibus. Invoitis. Calabri hospitis munera rectè dixeris rusticana leviaque,

quæque magis onerent accipientem, quàm juvent, aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quod pyxis abundent, confueverunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, belliariorum vice donum afferre jubent. Quod si recules, eadem porcis obijciantur. Atqui istud haud est dare munus, sed abjicere. Is demum dat, qui simul & pretium muneris expendit, quod largitur, & ejus meritum, quem eo donat. Erasim. in Adag.

Gratis. Beneficium mutuum. Exempla ex loco Gratitudinis petantur. BENEFICIA, MUNERA NON DARE.

Phocion Antipatro regi denegans aliquid: Non potes, inquit, me simul & amico uti & adulatore. Plut. de Immod. var.

NON ACCIPERE BENEFICIUM, Repudiare. QUID? Consilium.

Vide locum, Bonis consiliis non parere. Agamemnonem hortatur Nestor, ut rutilum inecat consilium, & bene momenti pariter dicat, 2. II.

Ἄλλὰ τίνα, αὐτὸς τὸ δὲ μῦθος, πῶς τὸ ἄδωρον ἔστιν ἔργον κακοῦ ἐπιπέφυκτον. Hoc usurari posse monet Erasimus in Adag. quoties ad-monebimus quempiam, ut vicissim & rectum consilium aliis det, & ab aliis accipiat: aut, ut & secum rem diligenter perpendat, & alienam sententiam auribus attentis audiat.

Cum rex Anglorum bellum intulisset Gallæ, quidam ex Basiliens. Monachorum familia nobili, unâ cum quatuor aliis, Anglorum castra speculatum emissus est à rege Philippo. Reversus, quanto potius studio, suadere conatus est regi, ne eo die signa conferret, crastinum præsolatur. Eo tamen consilio non recepto, quod regii consilium adversarentur, prælium commisit, & maxima strage Gallorum exercitus, præcipuaque nobilitas, cum rege Bohemæ Joanne, Germanisque cohortibus, cæsa occubuit. Ex Erasim. de Virgilio 1. Hist. Basl.

Munera. Consilium Liberalitatis. Non accipere, quæ honestè possit. Cum Corinthiorum legati munera, quæ eis Dionylus major dabat, vetante abdicant lege, qua fanticum erat, ne à dynaste munera legati caperent: rem absurdum ostendit eos facere, qui quod tyrannides unum habent bonum, abolerent, docerentque, beneficium à tyranno horrendum esse accipere. Plutarch. in Regum Apolito.

Crates Thebanus Demetrio Phalereo indignatus est, quod sibi panes ac vinum misisset, dicens: Utinam fontes etiam panes ferrent. Sentiens, vino philosofo nihil opus esse: atque hoc ipsum esse submoletum, quod panis non atque parabilis esset, ac potus. Laert. lib. 6. cap. 5.

Alexander Macedo, in expeditionem profectus, roganti Perdicæ: Quid tibi nunc rex superest? Spes, inquit. Hic Perdicæ: Hæc, inquit, nobis commilitonibus tuis futura communis est: & prædium quod ipsi designarat Alexander, recusavit, tanta erat fiducia, bene successuram expeditionem. Plut. in Alexand. & orat. 2. de fort. Alex.

In Italia & Hispania, dum templa, arces, armamentaria, ædificia, hujusque generis alia inspexerit, vel à domo amici alicujus tui, apud quem hospitabaris, discesseris; si custodibus, vel operariis, aut amici famulis, aliquam gratuitam pecuniulam dare coneris, efficies, pro amico ut inimicus abeas. Tanta est eorum magnanimitas, ut peregrinis hominibus gratis officium suum exhibere contendant. Et si aliquando talia munera istis accipere contingat, id vi coacti, & omnino reluctantes faciunt. Damian. Goes in Hispania.

Salutationem. Vide tit. Non salutare. Hospitium.

Diogenes Cynicus, cum à Cratere prædixit quodam invitaretur, ut ad se veniret, usus hospitio suo suaque liberalitate, respondit, se male sedem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis fuit. Erasim. in Adag.

A QUIBUS, A CONJUGE. Apud Rom. munus capere viro ab uxore, aut à viro uxori vetitum fuit: nec mercenarium, sed gratuitum esset, & propter se, non propter alium, mureo amare. Plut. in quæst. Rom. Socero, Genero.

Rom. à genero, & à focero accipere est interdicitum donum. A genero, ne per patrè videatur ad uxorem pervenire donum. A focero,

A A focero, quod visum æquum est, ut is, qui non dar, etiam accipiat. Plut. in quæst. Rom. QUOMODO. Sincere.

Ex Loco liberalitatis in non accipiendi. Item magnanimitatis in honoribus repudiandis. Fidei.

Consule Tit. Astutia in captandis honoribus. Accilars, Græco proverbio dicebatur, qui cum maxime cuperent accipere quippiam, tamen sicte recusabant: qui mos hodie quoque multis durat. Scribunt Acco mulierem fuisse quampiam notæ stultitæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sui, perinde atque cum alia muliere, confabulati: ut hinc vulgo, quæ stultius ac ineptius aliquid agerent, accilars dicebantur, & Accus nomine compellarentur. Apparet illud etiam moribus hujus mulieris adfuisse, ut recularer, quæ tamen cupiebat: unde & Accilars sic ad speculum modo recitatio dicebatur. Erasim. in Adag.

BENEFICIA EXPROBARE, OBJICERE. Marcellinus, cum in Senatu Cn. Pompejum gravius proboscinder, quoniam ad Cæsaris partes inclinaverat, quantumvis multis à Pompejo beneficiis comitis: Pompejus commotior, Nonne cubelicis, inquit, à Marcelline, tu honestè minus de meis rebus loqueris? An excidit, opera mea ex muro te vocalem factum, ex famelico vomitorem? Cel. lib. 21. c. 9. Antiq. Lect.

Peloponnesus varias urbes complectitur & quidem clarissimas, Argivorum, Spartanorum, Arcadum: quas ut quis quam maxime muro uno complectatur, non idcirco tamen urbem unam efficiat. Quod ipsum Peloponnesis Atheniensis objecisse Lytias in epitaphio Atheniensium memoria prodidit, Isthmum contra irruptionem Perarum manientibus: illos ne, si murum etiam universæ Peloponneso circumducerent, salvis inde forent, cum navibus eò facile Barbari pervenire possent; fore autem à cæteris desitutos necessario ipsos cum omnibus suis opibus adjuturos.

Totilas Gothorum rex, Roma capta, Romanos graviter coarguit, quod bonorum à Gothis defectu non immemores, quò Theodericus Odoacrem tyrannum sustulisset, tribus liberos omni honore affecisset) nulla ab Gothis affecti injuria, tam facile ad Græculos defecisset, qui nulli rebus, nisi emungendis thesauris, studerent, civitates tribus onerarent, vectigalibus premerent. Meritas illos luisse luiturosq; penas tantum inhumanè ingrati tudinis. Crantz. lib. 3. Suecic. c. 13.

HADRIAN. IV. PP. Pete ex Tit. superiore Beneficium dare. APOPHHEGMA.

Chilon dicere solebat: Dati beneficium debere oblivisci, accepti autem meminisse. Quo vituperavit eorum hominum insanium, qui beneficia in amicos collata non solum exprobrant privatim, fed publice etiam coram omnibus. Laert. lib. 1. cap. 5. In quem sensum tale apud Martialem Epigramma legitur l. 5.

Quæ mihi præstiteris, memini, semperque tenebo. Cur igitur taceo, Posthume? tu loqueris. Incipio quæties alicui tua dona referre: Protinus exclamat, Dixerat ille mihi. Non belle quedam faciunt duo: sufficit unus. Hæc operi; si vis ut loquar, iste tace. Crede mihi, quamvis ingentia Posthume dones, Antioris perent garniitate sui.

Si tibi quid feci, inquit, non facio, quod placet. Simo: Ter. in And.

Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. Sed hoc mihi molestum est. Nam isthæc commemoratio Quæst exprobratio est immemoris beneficii.

Pythagoras interrogatus, qua ratione homines diis familes haberi possent? Respondit: Si veritatem amplecterentur, & cunctis beneficentem. Alian. lib. 2. de var. bist.

Alexander urbem dono dedit cuidam, qui seipsum mensus, tanti muneris invidiam refugiens, dicebat, illud non convenire fortunæ suæ. Non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Senec. lib. 5. de benef. c. 16.

Socrates Archelao roganti, ut ad se veniret, respondit, nolle se ad eum venire, quò acciperet beneficia, cum reddere illi paria non possit. Timuit fortasse, ne cogere tur accipere, quæ noller. Negotium enim illi erat cum rege omnia sua magno æstimari volente. Senec. l. 5. de benef. c. 6.

Theophrastus interrogatus, quidnam vitam conservaret humanam, respondit, beneficentia. Stob. serm. 41.

Democritus, Homo (inquirebat) ad largiendum, quam promittendum, promptior esse debet. Donum enim licet exiguum, prodest egenti, verba autè ac magnifica promissa, nulli sunt utilia. Stobæus. Idè, Si bene, inquit, mereri de aliquo voleres, citissimè aliquid in illum beneficii conferas. Mora enim ingratum redditur, & parum amabile, quicquid dederis. Stob.

Crispus Cassius dicere solebat, de quorundam hominum judicium male, quàm beneficium: quorundam libentius admittere beneficium, quàm judicium: quo dicto Seneca affert, nihil se subtilius atque insignius in distinguendis maxime & curandis viris cognovisse. Quis enim bonorum virorum judicio & consilio stare malit, quàm malorum cadere beneficiis? E regione, quis malorum hominum bono judicio fidere malit, quàm bonorum beneficiis, ex quibus petulum tibi immineat possit? Seneca de benef. lib. 1. c. 1.

Democritus, quum animadvertisset quendam quibuslibet promptè largientem, & temerè suppeditantem, Male, inquit, peras, qui Gratas virgines meretrices effecisti. Max. ser. 8.

Alexander regium esse affirmabat, à quibus malè audias, in eos & sæpè & multum conferte. Quo innuere voluit, liberalitatem aliquando etiam erga indignos exercendam esse. Pontan. c. 30. de liberalitate ex Plut.

Fridericus Cæsar sepe numero dicere solebat, se ex iis, quos extulisset, quàm paucissimos gratos vidisse: idque ex muneribus suis datum esse, ut ex fidelibus infideles fierent. An. Sylvius lib. 2. comment. de rebus gestis Alphonf.

Anaxilas interrogatus, quid esset in regno beatissimum? respondit, nunquam vinci beneficiis. Phavorinus.

Diogenes à quodam rogatus, quomodo causam homines mendicis darent, Philofohis verò nihil largirentur. Quia, inquit, se claudos, & cæcos fore sperare possunt, philosofohis autem minime. Ant. & Max. ser. de beneficiis. Idem quum dicum offibus referretur Alexander ei dono misisset: Est quidem, inquit, cibus Cynicus, sed donum minime regium. ibid.

Socrates quodam tempore ex foro revertens, inter amicos dixit: Emissem pallium, si nummos habuissem. Nihil postulari, tantum verècundè admonuit egestatis. Mox inter amicos ambitus erat, à quo Socrates acciperet. Er tamen post eam vocem quiquis propteravit, & ut ait Seneca (de ben. c. 24.) serò dedit. Idem ei cum multa multi offerrent, Echinas pauper auditor, Nihil, inquit, te dignum, quod dare tibi possim, invenio, & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo: Me ipsum. Hoc inanus rogo, qualecumque est, boni consulas, cogitare alios, cum multum tibi darent, plus sibi reliquisset. Cui Socrates: Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi fortè parvo te æstimas. Habeo itaque curam, ut te meliorem tibi reddam, quàm accepi. Senec. lib. 1. de benef.

Diogenes quibusdam prædicantibus ejus benignitatem, qui Diogeni quiddam donarat: Quin & me, inquit, Diogenes, laudatis qui accipere meruit? Plus enim est meruisse beneficium, quàm dedisse, juxta illud Publil Mimmi, Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Laert. lib. 1.

Archelaus. Ab Archelao in cõvivio familiaris quidam, sed parum humanus, petiit sibi dari poculum. Archelaus autem illicò mandavit puero, ut hoc poculum daret Euripidi. Id factum admiranti postulatori: Tu quidem, inquit, dignus eras, qui peteres, ne acciperes vel non petens. Significans, alteri hoc tribuisse regiam familiaritatem, ut auderet quidvis petere: at Euripidis boni viri pudorem hoc mereri, ut ultro ei daretur aliquid. Plut. in appob.

Antigonus, Tharillo Cynico drachmam petenti: Non est, inquit, munus regium, Cynico subijcitur: Talentum igitur da: Ar non est, inquit, idem Antigonus, Cynicum, si tale munus accipias. Quo dicto utroque cornu postulatoris improbitatem repulit: & docuit interim, dignis tantum beneficium esse præstandum. Plutar. in appob.

Alexadrus Severus, & quidè probabilis conjectura, inter Christianos sanumerari posse, cõtendit plures. Hic adèo in omnes beneficis existit, ut etiam de se nihil meritos ad petendum quippià invitaret, diceretque: Quid est quod nihil petis? An me tibi vis fieri debitorem? Pete, ne privatus de me queraris. Agnoscebat Principes viros maxime præ alii decere beneficentiam. Pont. c. 11. de Liberal. El. Lampr. 2. Beyer. in appob.

Idem percontanti, quissnam videretur sibi rex optimus? Qui, ait, amicos muneribus retinet, & inimicos sibi beneficis conciliat. Max. ser. 9. de Mag. Idem ibid. Nec hic defuit Alphonfo Regi sua laus. Intelligebat quosdam acceptis à se beneficiis ingratos esse, & Esto, inquit, nequam tamen effecturi, quo minus ipse & humanus sim, & beneficus. Considerabat, non esse prudentis, ob malorum ingrati tudinem, bonis

An desiderare esse beneficium. *Pan. lib. 1. de Gestis ejusdem Beyerli, sup. tit. de Beneficentia.* Quinimodò, venientibus ad se Joannē Neapolē Reginā oratoribus, ut eam contra Martinū V. Pont. Max. qui indignam, quæ feudatariū Ecclesię regnū obineret, judicabat, defenderet, acquirere: dissuadentibus vero conciliariis, ut qui durum & anceps fore bellum judicarent, respondit: Hercules etiam non rogatus laborantibus subvenire consuevit; dignum igitur, ut & ego feminę assistam, & tantoperè roganti opem feram. *Ibid.* Progredi volenti cursum rursus sistit: iniquum enim futurum existimo, aliquam ejus laudem silentio præterisse. Cumq; (ut constat) naturę fuerit admodum beneficę, quod mente retinebat, crebrius verbis exprimebat, dicens: Oblatantibus canibus & rebellantibus offula obijcienda. Intelligebat autē malevolos homines beneficiis vincēdos. *Pontan. c. 30. de liber. Beyer. supra.*

Vide de eodem apophth. de Amicitia.
Ludovicus XI. Franc. Rex, præsertim in eos qui vitę aut operum sanctitate præfulgerent, admodum beneficus & liberalis erat: causam verò rogatus, Quia, inquiebat, horum precibus, vitę diuturnitatem conciliari mihi posse confido.
B *Claud. Scissellus. 7. Vide tit. de Liberalitate.*

DEFINITIO ET DIVISIO.

Beneficium Ecclesiasticum est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis, propter aliquod officium spirituale, auctoritate Ecclesię constitutum. Colligitur ex Innoc. & Hostiensis, *relatum 9. de præbend.* & aliis communiter.
Beneficium aliud est faculare, aliud Regulare, quod pro Regularibus institutum est, aut illis annexum: ut Abbatis, Prioratus, Canonicatus Regularis. Item quædam Parochiæ illis annexę, ut per eos debeant administrari. Omne tamen beneficium præsumitur faculare, nisi aut ex institutione, aut annorum 40. possessione probetur esse Regulare. Item Beneficium aliud est Simplex, aliud Duplum, sive duplex. Dicitur Duplicia, quæ habent administrationem. Suntque Papatu, Cardinalatus, Episcopatus. Deinde Beneficia quæ vocantur dignitates: suntque Archidiaconatus, Archiepiscopatus, Penitentiarius, & ea quæ habent præminentiam cum Jurisdictione. *Vide Panorm. cap. de multa, de præbendis.* Denique Beneficia quæ Personatus vocantur, quæ habent eminentiam sine Jurisdictione, puta in choro, processione, & suffragiis dandis, quomodo Cantoriar, & similes. Insuper Beneficia, quæ animatum curam annexam habent, duplicibus annumerantur. Simplicia dicuntur, quæ neque administrationem, neque singularem eminentiam habent, sed instituta sunt ad preces Deo persolvendas tales: sunt Canonicatus, etiam Ecclesię Cathedralis, ut docet Navarr. *lib. 3. consil. 45. de præbend.* (quo etiam Præbendarum nomine in Canonicatibus utitur:) Item Canonicatus Regulares, Capellæ, etiam illa quæ præfratrum dicuntur, suntque instituta pro situ, iosis, recuperatione terrę Sanctę &c. sub exiguo onere. Videatur Rebutius in praxi benef.

ACQUISITIO.

Acquiruntur Beneficia sex modis. Primò *præsentatione Patroni*: qui vel est Ecclesiasticus, competens alicui ex eo, quod ex bonis Ecclesiasticis Ecclesiã aut beneficium fundavit, dotavit, crexit, aut illius loci dignitatem habet, cui annexum est jus præsentandi, puta si sit Decanus, Abbas, Praepositus, Episcopus. Ita *Glossa in Clement. 2. de jure patron.*
Vel est facularis, quod alicui competit ex eo, quod ex bonis patrimonialibus aut facularibus Ecclesiã fundavit, aut beneficium crexit, &c. etiam præsentationem à Patrono factam sequitur *Institutio*, quæ est collatio juris in re, in beneficio, & fieri solet per Archidiaconum: ulus tamen quibusdam locis obtinuit, ut Episcopi simul instituant, dum ipsi sunt Patroni.
Il. *Electio*, quæ fit per plures, verbi gratia, à Capitulo, & modò à Canonicis, Graduatis, ut vocant, Præbendas obtinentibus in Cathedralibus Belgii: quæ ex virtute Bullę creationis Episcopatum eligunt, si quis è noventario illorum numero defecerit.
Ill. *Postulatione*, & subsecuta confirmatione. Et habet locum in iis, qui capaces antea non erant, sed postulantur. Habentque tantum locum in Prælaturis, & debent saltem duæ partes Capituli in postulantem consentire. *Vide Rochem. & Sylvesterum V. Postulatio.*
Iv. *Collatione libera*, quæ fit per ipsius collatorem ordinatum, neque libet juri patronatus.
V. *Permutatione Canonice facta.*
Vi. *Resignatione in favorem*, subsecuta collatione. Sed de his duobus infra.

AMISSIO.

Amissio Beneficium Ecclesiasticum pluribus modis. Primò propter crimen aliquod, cui de Jure pena amissionis ipso facto est annexa: quæ criminosa beneficium apud Summissas.
Il. Propter consecutione alicujus beneficij incopatibilibs.
Ill. Per professionem in Religione aliqua approbata.
Iv. Per matrimonium valide initum.
V. Per resignationem sive liberam beneficij dimissionem aut cessionem, factam ad minus 20. diebus ante mortem resignantis.
Vi. Per permutationem liberam, quæ neque fraude, neque metu sit extorta, nullaque Simonie labe resperfa.

CONDITIOES REQUISITÆ

Ut quis censetur idoneus ad beneficium Ecclesiasticum.

IN GENERE.

Requiruntur in Beneficiis plura, ut idonei censentur.
I. Ut sint legitimo thoro nati, nisi accedat dispensatio.
Il. Ut sint Clerici, sive initiati tonsura Clericali, sine qua sunt inhabiles. Et ut suscipiant ordinem ad beneficium quod præterendum accipere requisitum, infra tempus à jure statutū.
Ill. Ut sint ætatis sufficientis. Ea in Episcopo exitur 30. annorum impletorum. In dignitate inferiori, quæ curam animarum annexam habeat, 25. inchoatorum. In aliis quæ curata non sint, 25. annorum. Ac denique ad quacumque beneficium requiritur ætas ut minus 14. annorum inchoatorum. Videatur *Concil. Trident. sess. 24. c. 12.*
Iv. Ut sint cælibes. **V**. Ut nulla censura Ecclesiastica innodati existant, aut alia ratione inhabiles non sint, quales sunt hæretici, & hæreticorum, qui actū tales sunt, aut abque contritione mortui in hæresis, filii, nepotes per lineam masculam, & illorum fautores, & receptores &c. Item inhabiles sunt qui in beneficium intruduntur abque Canonico illius titulo, aut ullo Jure illud retinendi. Videatur Rebutius, *supra.*
Vi. Ut sint vitæ & conversationis honesti. Infames enim, aut criminibus gravibus obnoxii, in idonei habentur ad beneficia Ecclesiastica.

Vii. Requiritur ea scientia, quæ necessaria est ad ritè, decenterque obtinendum munus beneficij ex vi institutionis, aut consuetudinis immemorabilis, aut superioris deniq; ordinationis annexum. Ita *Concilium Lateranense, cap. Cum in curia. de elect.*
Viii. Etiam habilitas corporis ad ejusdem muneris executionem requiritur. Unde cæcus inhabilis est, cum nequeat recitare officium Canonicum.

Ix. Necessaria est intentio suscipiendi ordinis, beneficij quod acquirere vult, annexi: ac status etiam Ecclesiastici: quamvis posterior intentio non ita absoluta esse debeat, quin possit quis ab eo proposito ex causa resilire.

X. Requiritur, ut Beneficiatus non habeat aliud incompatibile beneficium, per quod aliud, quod præterit, excludatur: de quo consulatur Summissas.

Beneficia neque plura habenda: neque in indignos conferenda: neque carni, aut sanguini quaquam tribuenda.

Qua moderatione ac circumspectione in Beneficiorum Ecclesiasticorum collatione usi sint perique, paucis videntur, ut exemplum præbeamus iis, qui illa contra primæviam eorumdem institutionem, hac ætate, non sine gravi scandalo, & bonorum injuria, in quoscumque tandem conferunt, affectu humano supra rectam rationis regulam dominante. Vix dici potest, quantum in hoc genere splendoris affectus sit Clemens IV. Instabat apud eum consanguinei, **H** ut nepoti, qui tunc Beneficia obtinuerat, etiam alterum adiceret. At ille, tantum abest, ut insulas petitioni acquiesceret, quin statim bina ei eripuit, & meritis de iisdem providit, clarè in hac voce erumpens: Non est dignus Petri successore, qui plus cognationis quam pietatis largitur. Ratum, & cui necias an par exemplum. *In vita. Et Hieron. Pl. de dignitate Cardinalium, c. 25. Beyerli. in apophth. Chrijf.*

Calixtus III. Pont. ejusdem dignitatis & mentis, pluralitatem beneficiorum aspernatu, priusquam ad sacrum Pontificatus culmen attigisset, unico dumtaxat contentus, benè illi & piè deservierat: rogatus autem, cur, cum posset plura accipere, recusat: Quia, inquit, unicam eamque virginem in uxorem peto. *L. Beyerli. in apophth. Chrijf.*
De prioribus Italia, de Adriano VI. Pontifice nostrum hoc Belgium se extollat. Ex infimo quippè gradu per ipsam virtutem in id evectus, supra quod ascendi non potest, rarissimè, & non nisi difficulter, cognatos propinquosque ad Beneficia promovebat. Non quidem, quod, si idonei essent, eis non faveret; sed quia (ut dicebat) edificare

A Sion ex sanguinibus nolebat, docens, factis in rebus necessitudines sanguinis & nature non esse spectandas. *Onuphrius Panvini in vita ejusdem, supra tit. de benef. Ecclesiasticis.*

Neque Ludovicum XII. Franc. Reg. latebat sui temporis abusus, ex Beneficiis indigne collatis exurgens. Unde, ut erat ingenio faceto, cum intellexisset indoctos, & ob id indoneos, ad Ecclesiasticas Præfecturas evectos, ita cavillabatur: Quàm est potior conditio afinorum, quam equorum! Quippe equi cursu desatiuntur, ut afinis Præfecturas Ecclesiasticas & Præbendas deferant: merito indignè ferens, vix habito delectu, quandoque tam leviter de Ecclesiasticis dignitatibus sine ullo fructu disponi. Hinc laudanda (& utinam ubivis locorum in praxi obtineret!) illa Trid. Synodi constitutio, *sess. 22. cap. 4.* qua irrita decernitur omnis provisio, facta ei, qui habilitates ad eam requisitas integrè non habuerit. *P. Am. in vita. Beyerli. supra.*

Marcellus Pontifex, quamvis paucissimis diebus pontificatum gesserit, tamen hoc brevi tempore, virtutis hujus specimen dedit. Neminem enim amicum, ne fratrem quidem, Romam venire passus. Imò & filios ipsius quos educabat, à nemine salutaris, imò nec in publicum, nisi ad sacrum audiendum, venire permisit. Quin resolverat, ut testatur Onuphrius, ex beneficiorum, aut Ecclesię preventibus nihil is imparti, nisi consilio Cardinalium collegio, iisque fe illi aptos dignosque redderet. *Onuphrius in vita.*

Richardus Episcopus Cisterciensis, consanguineos suos nulla ratione admittēbat ad ullas Ecclesiasticas dignitates, dicens: Pauperum Principem Christum ovillus filii regimen non Joannē Evangelistę, qui ei sanguine junctus erat, sed Petro commisisse. *Sarius in vita ejus 3. Aprilis.*

Sanè in veteri lege Moyses principatum suum jussu Dei resignavit in Josue, ex alia tribu oriundum: Pontificatum verò non in filios, quos duos habebat, sed in Aaronem. Idque, ut diceremus, ait *S. Hieron. in cap. 1. ad Titum*, has dignitates non sanguini deferendas esse, sed vitę. Nunc verò, inquit, certum plures in hac rem beneficium facere, ut quarant eos in Ecclesia columnas facere, quos vel ipsi amant, vel quorum sum obsequijs delinuit, vel pro quibus majorum quilibet rogaverit. Pleraque his affinia habet. *Orig. hom. 12. in Num.*

Celestinus V. ut narrat Alvarus, cum audivisset nepotem suum in curiam venisse, eji statim iussit: cum pleriq; Cardinales fe interposuissent deprecatores, hoc summis precibus impetrarunt, ut tene aliquod beneficium nancisceretur; quo accepto, illicò remissus est domum. Ita ille, *lib. 2. de planctu Eccles. c. 15.*

POENA OBTINENTIU PLURA BENEFICIA.

Scribit Jacobus à Vitraco Episc. & Cardinalis in vita Mariz Ogniacensis, quod quidam ejus amicus, cum haberet sacerdotium sive beneficium unum Ecclesiasticum, quod ei sufficeret ad mediocritatem, multis vicibus precibus etiam alterum accepit, quod & dignitate potius, & proventu locupletius esset. Sed cum pro sua pietate & modestia Christi ancillam consuleret, velleque ab ea scire, num hac de re Deum offendisset: Illa more suo breves sibi inducias petiit, & tandem inspiratione divina, & celestibus revelationibus abque ullo hæsitacionis scrupulo certior effecta: Videbam, inquit, hominem veltibus albis indutum, & satis ad cursum expeditum, atque insuper pallio indui, & montis sarcina onerari. Cum autem hæc, atque alia similia dixisset, is, qui

Djam in seipso divinitus fenserat, quæ illa loquebatur cœlitus edocta, primum sacerdotium, upotè sufficiens, retinuit; & alterum sine mora, ne locum alterius ambitiosè occuparet, vit prudens & Deum timens, quod salutari consilio obtemperans, resignavit. Ignoscite mihi fratres, qui dignitates dignitatibus adjuvatis, & sacerdotia, sive beneficia Ecclesiastica aliis coarctavitis. Non enim meū est quod retuli, sed Christi revelantis. Parcite etiam ancillæ Christi, nec veltitis obtereare innocentes. Quia enim te vos læsit, si amico præbuit salutare consilium, si veritatem è Domino haustum enuncia- vit: Fortassis autem, dum crebrò bellum hunc inspicitis, & quedam acerbiora revolvis, ancillæ Christi visiones more velti ridēbitis, & pro somniis & phantasmatis habenda stueritis. Sed etiam Pharisæi Dominum de avaritia disputantem, non solum irriterunt, sed insanum quoque judicarunt. *Sur. 23. Iunii, lib. 2. vita ejusd. v. 6.*

Thomas Cantipratanus Cameracensis Episc. Suffraganeus Dominicanus, in libro, qui dicitur Apum, seu de bono universali, scribit, se fuisse Parisiis anno ab incarnatione Domini

M. CC. XXXVIII. cum venerat, Gulielmus Parisiensis Episc. E qui in Theologia jam rexerat, convocavit omnes Magistros in capitulo Fratrum Prædicatorum, ad proponendam ac discutendam quæstionem de pluralitate beneficiorum. Difficiliter verò & prolixam valde disputationem, conclusum est, duo beneficia, dum modo alterum quindecim libras Parisienses valet, teneri cum salute animæ non posse. Id ita determinavit Episc. Eandem quoque sententiam in scholis propriis successivè sequuti sunt Frater Hugo Ordinis Prædicatorum, postmodum Romanæ curiæ Cardinalis, Frater Guericus, Frater Gaufridus ejusdem Ordinis, & Frater Joannes de Rupella Ordinis Fratrum Minorum, aliique plures Theologi Magistri. Fuerat eadem quæstio diù, ac multò celebrius ante tres annos agitata: atque tum Doctores omnes in eandem ibant sententiam, duobus exceptis, quorum unus fuit M. Philippus Cancellar. Parisiensis, & alter M. Arnoldus postea Episc. Ambianensis. Quid autem de ipso Philippo contigerit, audiamus. Agonizantem Cancellarium in morte Dominus Gulielmus Parisiensis Episc. paternā sollicitudine visitavit, rogans eum, ut singulari opinione cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia sua, excepto uno, in manus Ecclesię resignaret; & hoc conditione media, ut si convalesceret, ei suppleret de suo proprio, quod dimisit. Reuit ille, experiri se velle dicens, utrum esset damnabile, beneficia plura tenere. Mortuus est ergò sic. Post paucos autem dies cum prædictis Parisiensis Episc. post matutinas orare vellent, vidit inter se & lumen, quasi umbram quandam hominis tetram nimis. Elevata ergo manu consignat fe, & si ex parte Dei sit, præcipit, ut loquatur. Et respondit apprensus: Alienus à Deo sum, & tamen mirabilis factura ejus. Et præfati: Tu quis es? Et ille: Ego sum, inquit, Cancellarius ille miserissimus. Rursus Episcopo elato alius gemit: Et quomodo, inquit, isti est sic dolenti? Malè, ait, imò & pessimè, sicut qui damnatus morte æterna. Et Episcopus: Heu, ait, charissime, & quæ causa est tuæ damnationis? Et ille: Tres sunt, inquit, causæ quare morte perpetua contra damnatus: una est, quod crescentes fructus annuos contra pauperes tumide reservavi: secunda, quod contra sententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum, quasi licitè tenendorum, sententiam propriam defendavi, & in hoc me periculo mortalis culpæ commisi: tertia est, & illa gravissima omnium, quod abominandè carnis vitia in scandalum multorum multo tempore laboravi. Et ad Episcopum mox subjungit: Est ne mundus finitus? Et Episcopus: Miror, inquit, te quondam literatissimum virum hæc quæres, cum me adhuc vivum cernas, & omnes nos adhuc viventes mori necesse sit, antequam morte infante iudicium finiat. Et ille: Non mireris, inquit, quia nec scientia, nec opes, nec ratio apud inferos veniunt. Et hæc dicens, umbra ab oculis mirantis evanuit. Ipse autem Episc. non quasi hæc ipsem vidisset, in prædicatione sua Clericis omnibus recitavit. *Ex Thom. Cantipr. l. 1. Apum, c. 19. p. 7. Dion. Cartusij. lib. de plur. ben. c. 7.*

Simili modo; cum quidam Clericus maxime literaturæ agonizans in morte pro me mandasset, ut consilium quæretet quasi in proximo morituro, reduxi ei ad memoriam disputationem illam solemnem, & determinationem de pluralitate beneficiorum Parisiis, cui ille interfuerat Doctor magnus; consuluque illi cum magna instantia lachrymarum, ut unam præbendam dimitteret, quoniam duas contra animam suam teneret, quarum una ad omnem vitę copiam omni clerico sufficere posset. Tunc ille facte averti dissimulans, hoc tantum respondit: Orate Dominum, ut inspiret. Nec diu postea, cum recessissem, & tenuissimo spiritu vix herente, hoc idem quod consuleram ei, quidam consobrinus ejus juvenculus cum maximis lachrymis inclaimaret; cum voce non posset, manu innuens expiravit. Post obitum, cum quidam ex nostris supescens nomenclatim cogitaret, cur tantus homo & tantus Clericus, in morte peccatum esset, plura beneficia retinere, in tali statu mortale extitisset, mox quasi semivigilanti defunctus apprensus, dixit: Hæc sola præbendarum causa est, pro qua infelix ego in perpetuum damnatus sum. *Idem Thom. lib. 1. cap. 19. p. 7.*

His addam & illud Th. Cantipratanensis ex libro de Universo. Ego in quadam civitate Episcopali, inquit, annis undecim adolevi, ubi sexaginta duo Canonici sub præbendis pinguissimis ducentarum fere librarum Parisiensium in matrice Ecclesię serviebant, quorum plures erant beneficiorum plurimum detentores. Vide ergo, qualem vindictam Dei in ipsos vidi turpissimos detentores. Mibi testis, & iudex sit sancta Trinitas, unus Deus, quod paucos eorum vidi communi morte defungi, sed subito omnes & reprobrè mori, ita quod